

1745.

1. Hering, Matthaeus Beuonis: *De non adiunctendo, post usum articulorum professionalium, jure suando iudiciale*.
2. Hering, Matthaeus Beuonis: *De retentione in securitatem dotes permissa*.
3. Mantzel, Iur. L. Hist: *De fure femina*.

1746.

1. Becker, Hermann: *De pupillari substitutione intenta bonorum adventitionis nulla*.
2. Hering, Matthaeus Beuonis: *De computanda legitima matris in concurn cum Germanis praeteritis*
3. Hering, Matthaeus Beuonis: *De remissione conductoris ab lucern pecorum granatum concedenda*.
4. Antwerpens, Thesaurus Foenic: *De effectu litis a finibus iuris in humaciam pro contestatae habiteae*.

1747

1. Eschenbach, Johann Christianus: *De iure principis circa iusta secundum ius naturae*.

1747.

2. Mantzel, Ern. Tr. Fr. : De eo, qui est maior et minorum
num simul.
3. Mantzel, Ern. Tr. Fr. : De labore interius trico
4. Mantzel, Ernestus Tr. Fr. : De probacione exceptionis
non numeratae pecuniae
5. Mantzel, Ernestus Tr. Fr. : De requisitione causam ab ipsa
~~formidatione~~ formidine denegationis
6. Mantzel, Ernest. Tr. Fr. : De ingenio. Item causam per
salutis laches iuridicas.
7. Mantzel, Ern. Tr. Fr. : De pretio redencionis clavis.

1749.

1. Scipio, Aug. Tr. Dan : Meditaciones ad nonnullas
pro autem simplicitate argumenta.
2. Hering, Matthias Beonis : De judece ad causas testium
in perpetuam rei memoriā, appellatione interposita,
competente.

1789.

3. Mankel, Em. Th. Fried: Dissertationis in leg. iuris prae-
scriptis Hecklenburgicis: De processu executivo maxime
quoad delationem juramenti & his decisione.

7. Mankel, Em. Th. Fried: De jure gratiæ.

5. Mankel, Em. Th. Fried: Recurre in voluntario
ne exerce in dicto.

1750

1. Mankel, Em. Th. Fried: De auditiorio forensi, bene
instructo, degue decoro, justiciam, adscitum
et partium.


2. Mankel, Em. Th. Fried: De revocatione fundi Meckle-
burgici, post correctionem, in concursu solvitur, custo-
ribus factam.

3. Mankel, Em. Th. Fried: De concursu ascendentium
et collateralem in successione fœdatis.

1871

entweder ein Arbeitstag oder zwei Arbeitstage, so
wirkt er auf den Betrieb ungünstig; insbesondere wenn
der Betrieb eine gewisse Konkurrenz hat.

Die Arbeitszeit ist jetzt so viel verkürzt,
dass man nicht mehr arbeitet; und es ist nicht
mehr ausreichend geworden, um die Arbeit
zu schaffen, die man zu tun hat. Es ist daher
erforderlich, dass die Betriebe, die auf dem Markt
arbeiten, mit einer größeren Anzahl von Arbeitern
auskommen müssen, um die Arbeit zu schaffen.
Aber diese Arbeit muss wiederum auf dem Markt
angeboten werden, um die Arbeit zu schaffen.
Und das ist wiederum eine schlechte Sache,
weil die Arbeit auf dem Markt nicht mehr
verkauft werden kann, wenn sie nicht mehr
auf dem Markt angeboten wird.



16
DISSE^TRAT^IO,
DE
AVDITORIO FORENSI,
BENE INSTRVCTO,
DEQVE
DECORO, JVDICANTIVM,
ADVOCATORVM
ET
PARTIVM:
1750, 1.

QVAM,
DEO CLEMENTISSIME JUVANTE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

DOMINO FRIDERICO,
DVCE MEGAPOLENSIVM, PRINCIPE VANDALORVM,
SVERINI AC RACEBVRGI, COMITE ITEM SVERINI,
TERRARVM ROSTOCHII ET STAR-

GARDIÆ DOMINO,
DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO,
CONSENTIENTE JCTORVM ORDINE,
IN ACADEMIA ROSTOCHIensi,

PRÆSIDE,

D. ERN. JO. FRID. MANZEL,
SERENISSIMI DVCIS MECKLENB. REGNANTIS
CONSILIARIO CANCELLARIAE ET CONSISTORII,
COM. PALAT. CÆSAR. PANDECT. PROF.
FAC. JVR. SEN. ET HODIE DECANO,
STVDIORVM SVORVM PROMOTORE HONORATISSIMO.

ANNO MDCC^L. D. VI. MAI^I

IN AVDITORIO MAXIMO,
AMICORVM DISSENSVI EXPOSIT,
CAROLVS FRIDERICVS DE FERBER
EQVES MECKLENB.

KÖNIGRIED
UNIVERS.
ZVHALLE

ROSTOCHII, TYPIS GROSCH. VIDVÆ.

DISSESSATIO
DE
ADDITIONE RORERNSI
RENNI INSTRUMENTO
DECGORI ADICANTIA
ADDITIONUM
PARVUM
DEO CLAVITUR
SABRINI
TERRAE
GARDE DOMINI
COMINITHINTS ICOTYU M ORDINE
IN ADDITIONE RORERNSI
DE RENNI ERID 15863
IN ADDITIONE RORERNSI
CIRIGRAE RORERNSI DE RORERNSI
HABET
IN ADDITIONE RORERNSI
AMMORUM DILIGENTIA EXORNATA
EX HABET
SOLUS HABET
IN ADDITIONE RORERNSI
CIRIGRAE RORERNSI DE RORERNSI
HABET
IN ADDITIONE RORERNSI
AMMORUM DILIGENTIA EXORNATA
EX HABET
SOLUS HABET



JEHOVAH JUVANTE!

DISSERTATIO,
DE AVDITORIO FORENSI, BENE IN-
STRVCTO, DEQVE DECORO, JVDI-
CVM, ADVOCATORVM ET
PARTIVM.

§. I.

Variæ sunt, locorum, ubi jus dicitur, denominations, quæ singulæ, per diversas linguas, ex ipsis vocum derivationibus, se explicant, commendant. Dicasterium, Tribunal, Forum, imo Jus, juxta phrases: in jus ire & vocare, appellamus sedes & confessus Virtùm, juri dicundo consecratorum. Vocatur etiam locus Judicij Auditorium, in l. 5. ff. de offici. Ad hanc quæ lex omnino Dn. J. S. F. BOEHMER præbuit titulum progr. anno 1726. publ. *de auditorio judiciali*, quod nunquam vidimus. Primum nomen græcum esse novimus omnes atque inde dicasticen appellamus seriem processus, vid. B. ZIEGLERI *Spec. Tractatus*. Secundum a tribubus, vel a tribuendo descendere volunt Lexicographi. Tertia Romana est, denotans morem, sub dio & nudo æthere, in loco, ex homi-

A

homini

hominum confluxu fervente, ubi omnia conferuntur, causas cognoscendi atque definiendi, quocum coincidunt praxes quorundam judiciorum modernorum, quae causas orari finunt, inter undique concurrentes auditores, *ben offenen Thüren*. Patria nostra, in solennibus Juridicis, quotannis quater recurrentibus, & die prima, quae recenset causas tractandas & recessus præliminaris admittit & ultima, qua publicantur sententiae, aperit fores. Judicia, quæ ad examina admittunt quemcunque auditorem, defendant prudentiam adversus dubia. Olim, antequam fierer condemnatio in contumaciam, solebat, prudentissime aperta Judicij janua, foris proclamari per præconem; Cujus styli vestigia supersunt, in protocollis hujus Academiae. In criminalibus causis, ad torturas pasim solent admitiri Curius atque Camilla, sed displicet nobis illa praxis. Quod, die executionis, sententiae capitalis, adornetur **das hochnothyeinliche Hals-Gericht**, in presentia omnis ad spectandum confluentis multitudinis, laudabilis est ceremonia, quam, cum suis speciabilibus, verborum & actionum, largiter describunt Criminalistæ veteresque novique. Mallus, etiam Mal-lum vocabatur olim Judicium sub dio adornatum, in loco, signo quadam notato, v. g. statua, cruce. Arbores eligeantur proceræ; Judicium Mecklenburgicum campestre, *zu Sieben Eichen*, celebratur. De moderno *Projekten*, vid. in *Selectis Jurid. Roffoch. fascic. I.* p. 104. 107. Ubi diplomatice probatum Proeck in his terris fuisse supremum Judicium. Conf. allegati ibidem Duumviri Celeberrimi, SCHWARZIUS & SCHROEDERVS. Di-cam scribunt talia fabellæ, de latina origine ex imperativo: *proseguere!* in baptismo gentilium acclamato. Ante prohibiciones Carolo-Ludovicianas, juxta Capitulares, judicia in templis solebant adornari. Praetoria autem illi Imperatores extrui jussierunt.

§. II.

Sacra Scriptura sc̄epe memorat portas, vel porticus, quando agitur de actis publicis & forensibus, vid. Genes. XXIII. 10. Deut. XXV. 7. Ruth. III. 11. Pl. CXXVII. 5. Proverb. XXII. 22. Thren. V. 14. Amos V. 10. 15. Legatur GOODWINI Moses & Aaron.

S. Aaron. Lib. II. C. 3. §. 3. Ratio est in præcedentibus; Voluit enim ille stylus, ut, quot auditores, tot testes haberentur imparialis justitiae administrationis. Quoniam autem nunquam, ut cum Seneca loquamur, tam bene cum rebus mortalium agitur, ut justa & meliora pluribus placeant, forte, inter ceterum vulgarem, attendentem quidem, sed parum rerum intelligentem, vel justi haud tenacem, ut plurimum defecit pluralitas & periculum tumultus stepe potuit emergere.

§. III.

Vernacula nostra ubique, salvis præfixis, vel objecta, vel alia, juris quæ publici sunt, denotantibus, utitur voce: *Gesicht*. Interdum etiam voces: *Raht*, *Camer* & *Stube* adhibentur. Cancellariæ nomen a cancellis, consellum Patrum conscriptorum justitiaeque Antistitutum eorumque amanuensium, pariter ac stantiam, ut cum verebris loquamur, partium causarumque Patronorum, defendantibus, derivatum, characterem generalem, *der Canßelley*, civitate quasi germanica donavit. Generalis ille usus se tam late extendit, ut judicia & Collegia non tantum, in quibus Magnatum nomine, sed & ea, quæ corporum mediocrium autoritate aguntur, partes ejusdem acceperint. Probant idem exempla etiam taxæ, quæ dicitur, in urbibus quibusdam, non-immediatis, *Canßley* & *Taxt*, unde die *Canßley-Gebühren*. Ipsum illustre nunc nomen Cancellarii olim fuit late patens, ceu videre est, ex documentis, quæ Syndicos urbium appellant *Canßlare derer Städte*. *Conf. GUNDLINGI* Discours über die Reichs-Historie, proleg. §. 39.

§. IV.

Non placet, vel vacat, dimicare cum iis, qui a latinitate magis, quam a rerum ponderibus, landari cupiunt, de canonica qualitate vocis Cancellarii. Dignitatem evehit usus loquendi. Vis vocis caret jubare, cancellare enim est facere circulos, quod agnoscimus in exemplo, quo scripta, lineis cancellatim inductis, expunguntur vel plane illegibilia redduntur, ita tamen, ut adhibita veniat quedam ars faciendi circulos seu lineas perplexas, ad impediendum lectorem, qua ea, quæ digna non sunt legi. Hoc

A 2

sensu

fensu obvium fit in textibus uno pluribus. Legi meretur OL-DENDORPII, nostratis, epiftola ad Cancellarium Hasfiae, quondam directa, quam cum aliis scite ad vocem collectis inse-ruit Calvinus. In antiquioribus scriptis Canſler & Geheimer Schreiber pro synonymis logicis adhibentur. *vid. Muratorius, allegatus a Dn. HAVSCHILD, in opusculo, von der Gerichts-Verfassung derer Deutschen, p. 14. coll. p. 43.* Antiqua diplomata Mecklenburgica Cancellariunt inferiori loco ponunt. E. gr. in privilegio emtae Jurisdictionis Rostoch. d. d. 1358. Milites, famili ac Bernhardus Bere, Cancellarius noster. Historiam locorum, quos in templis dicimus Canſeln, alii dederunt, allegantes versi- culum biblicum Esræ. Substantia etymologica ejusque ratio est cum nostra eadem. Legantur ſelectiores orationes, novorum ſuggeſtuum inaugurales.

§. V.

Tribus : Cancellos germanice dicimus Gitters, Gatterwerck ; An a gatten, vel geht heraus, nostris: gahb herraht, ut ludentes etymologistarē volunt, parum nos tenet ſollicitos. Sug- gestus, die Canſeln, cum voce ſuggrundum, ein Ausbau oder Hercker, ejusdem eft matricis. Mceniana ejusmodi elevatores & prominentes aedificiorum, theatrorum praefertim, particulas & projecta appellare solebant Romani. An a viro ejus nominis, qualis inter Censores obvenit, an aliunde, Festo aliisque relin- quimus. Suggrundia & suggestus a ſuggrediendo & fuggeren- do descendere, ipfe Architeetus celebris, Vitruvius, qui ſuggrundia etiam vocat, afferit. *vid. Interpretes rubri Pandectarum, de damno infecto & ſuggrundis. Conf. l. 5. in f. ff. de his qui dejec. vel & omnino l. 242. §. inter, de V. S. variique Commentatores. Evolv. etiam CALVINVS Lexic. Jurid. v. Maniana.*

§. VI.

Sed maxime nobis sermo erit, de iis, quae interne, in loco ju- dicii, qua ſtructuram, diſpositionem, inventarium, ornamenta & decorum veniunt conſideranda.

Quod

Quod unquam placitum fuerit publicatum, vel constans consuetudo introducta, qua facie quove disponendi modo adorandum sit justitiae sacrarum, non licuit observare. Hoc tamen consultissimum semper fuit habitum, ut locus judicij sit talis, qui, externo intuitu, omnibus etiam praetereuntibus, venerationem justitiae imponeat. Hinc passim Curiæ Cancellariarum, Tribunali & Dicasteriorum extantior aliqua est figura. Si rhetores esse vellemus, farrago inscriptionum, viatoribus etiam patentium, colligi posset & communicari. Sunt inter illas, quæ sal atque piper spirant. Unicam memorare luet, ex vita Cancellarii Mecklenburgici, B. Jacobi BORDINGHI, quo dirigente, ædibus, Cancellarie destinatis, eleganter inscriberetur:

Qui pretio bonus est, idem quoque pretio malus est.

Vid. *Etwas von Rostockischen Gelehrten Sachen*, de anno 1737. p. 300. Liceat adjicere inscriptionem auream, tabulæ marmoreæ, ad curiam Ratisbonensem: *Quisquis Senator curiam, offici causa, ingredieris, ante hoc ostium, privatos affectus omnes abjecito. Terse! Est enim omnis Cancellaria, describente Budæo, in suis forensibus, officina juris & æquitatis promptuarium, oraculum, justitia ipsa & summi juris emendarrix. Ex optimis inscriptionibus est & illa: Rechte faciendo, neminem timeas. Cedro digna sunt verba, der Reichs-Hof-Nahts-Ordnung tit. I. §. 15. Ihr Amt und die liebe Gerechtigkeit, mit Fleiß, Ernst, Tapfer- und Aufrichtigkeit, wie es behersten Leuten und welche die Justitiam eifrig lieb haben, von Gott, zusehet und gebühret, handeln.*

§. VII.

Introeuentes observamus, in loco judicij, sellas, Precidis sive Directoris & singulorum Assessorum, pariter ac Secretariorum. Olim erant sedilia, per latera cohaerentia, semicirculis distincta, qualia hodiernum in nonnullis supersunt collegiis. Scamna erant, temporibus majorum, unde denominatio der Gerichts-Banc. Locutio, durch die Banc, forte explicanda per unanimiter. Etwas auf die lange Banc schieben, involvit conventus ampliores civium primorum, præter Senatum. Sedeant igitur judiciales personæ,

sonæ, dum cognoscunt, dum iudicant, salvis solennibus assurectionibus, in honorem Dei, quando præstantur juramenta & in honorem Domini Regnantis, quando præleguntur mandata, vel publicantur sententiae solenes, ad recitationem tituli nempe. Secretarios publicantes ad finem usque stare, notissima vult observantia. Nuncius publicus, cui chartæ aliquam in levioribus vindicant jurisdictionem, der Fron Bohte, in pulvinari sedere solebat, posito, in pavimento.

§. VIII.

Textus Jurium, iudicem sedentem requirunt: Assessores & Beysizer appellantur Collegiales, vid. Ord. Jud. Aul. Prov. Meckl. P.I. tit. II. IV. & in genere omnes, a maximis ad minores; Conf. tit. ff. de officio Adfess. Praesides hinc vocamus Directores Judiciorum, etiam apud Romanos, vid. tit. ff. de offic. Praesidis. Quam denominationem rectius per einen Vorsiger, in vernacula exprimimus, quam illam, quae, in disputationibus academicis, tribuitur dirigentibus & defensoribus primariis. Qui stant, impatientes solent esse & mobiles nimis; qui ambulant, quasi per transennam retractant, jacere foret sordidum; Ergo sedendum erat. Ad mensam veteres non præcise federunt; Sedilia enim erant ut plurimum talia, qualia hodienum in templis, maxime cathedralibus, in parte sanctiori potissimum, quam dicunt. Die Empor Kirche, supersunt. Stantæ in antiquis vocantur chartis ejusmodi semi-circuli, quorum sedile est mobile, retrovertendum, quando ritibus & decoro conformius est, per vices stare. Quando aliquid scribendum erat, Protocollistis omnino mensula erat propria. Vid. schemata illustrissimorum confessuum, in quibus de salute imperiorum deliberatur.

§. IX.

Gravitatem jubent leges; A qua voce absit depravatio, in idioma linguae Saxonice inferioris. Illustris & omnium personarum iudicantium memoriae, instar symboli, mandanda est lex 19. ff. de Offic. Pres. Observandum est jus reddenti, ut, in adeundo se facilem quidem præbeat, sed contemni non patiatur. Sed & in cognac.

cognoscendo neque excandescere adversus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum inlacrymari oportet. Id enim non est constans & recti judicis, cuius animum vultus detegit. Et summatis, ita ius reddat, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augear. Majores solebant nonnisi viros annis verendos constitueret judices, vid. BRVMMER de Scabinis, Cap. II. §. 280. f. HARTVNG, de Scultetis, Heimburgis & Scabinis, Cap. III. §. 20. Quid doctrina de temperamentis huic loco offerat, vid. in B. WERNHERI diff. de Temperamentis Jutorum, Cap. II. §. 3. f.

§. X.

Sit igitur judex vir gravis, non levis vel lepidus. Non profiliat foras, observans per fenestram, alterum alteri, per culam, vehiculo damnum inferre, clametque: Klagt! Klagt! Non tamen, quod mox latius scribendum, sit asper, austerus vel truculentus. Vocatur ejusmodi Orbiliorum forensium procedendi modus, der Amts- Proz. Leg. Selecta Jurid. Roffoch. Fas. I. Spec. 8. qv. 10. ad rubrum, de judice exscandente. Sequetur alius casus, de Praefecto Judicij, inter cognoscendum, asiliente & baculo, stantem, in examine fustigante. Solent nonnunquam, si placidum illud & serium degenerat in austerioritatem, partes, in civilibus & criminalibus, dicta & concessa maxime transactiones judiciales impugnare, metum reverentiale & ultra obmoventes. Flosculi sunt: Sie hätten denen Herren, weil sie so hart zugeredet, zu widersprechen sich nicht getrauet. Ex actis inquisitionalibus nuper sicut observatum, quod femina, revocans, ad interrogationem: Warum sie denn vorhin das alles anders bekannt? responderit: Sie hätte sich für die vielen Männer, mit denen grossen Perücken, gefürchtet. Admirabamur, legentes aliquando quaestiones, ad tremebundum directas: Warumb er dermassen zittere? Ob ihm für ihnen bange sey? ad quas inquisitus, comiter admonitus, de dicenda tantum veritate & de libertate defensionis, reponebat: Nun sey ihm nicht mehr bange. Animus itaque addatur, absque tamen veniae promissione, vid. LDOVICI peint. Proces Cap. V. §. 9. ibique allegati Brummarius & Finckelhaus. Debellentur pervicaces, parcatur demisis:

sis: Erigantur hi verbis attemperatis, hinc non ex scheda prælegendis. An & quatenus judex debeat, vel queat, stantes coram Tribunal, illeissare, vositare, vel tuissare, stylo & prudentiae committimus. Absit excessus & defectus humanitatis. Veteres, condemnatos ad mortem, indistincte tuissabant, unde formula: *Knie nieder, beſchle deine Seele Gott und höre dein Urtheil.* Etiam in civilibus citationes utplurimum ita concipiebantur: *Dic Herren lassen dich citiren.* Hodie mores sunt curatores. *Conf. Dn. FISCHERN diff. de injurie, que sunt per secundam personam.* *B. Dn. ENGELKEN diff. de modo compellandi in secunda persona, vulgo: vom duzen:* *Quis nostro stylo judiciorum superiorum tuissetur, vel vositetur, vel illeissetur, sciunt expedientes, observantes scalam, allocutionum utriusque ordinis virum, seminarum etiam.* Non possumus nos intromittere hac vice, quis e. g. *Ehrsamer, quis Ehrbarer, & sic per omnia alia, quae a majoribus accepimus & semper retinemus, sit appellandus.* Compellatio: *andächtig, sequori sexui etiam manū communis.* Sed, salvis ulterioribus.

§. XI.

Lex 2. C. de sent. ex peric. recit. prohibet tumultuarios & sanguineos nimis judicum mores. Concepta requiruntur sententiarum verba, ex periculo, in copia deinde, instantibus, communicanda, recitanda, ne aliquid, loco interloquutionis, vel defisi, blateret vel effutiat judex, de cuius ipsissimis non constaret. Periculum autem alii per einen Entwurf, Concept explicant, unde, periculum facere, phrasis est facta. Sed non sufficit hic conceptus, quoniam mundum requiritur, ex projecto, in quo conficiendum etiam stylus scepe nonnunquam vertatur, quo digniora publicari scribantur. *B. Dn. Cancell. de LVDE WIG, pro* *sibi familiari critice, vult legi pariculum, prout vocat chartam, ob identitatem vel paritatem factam. vid. diff. de Nexus scripture & subscriptioris, p. 31.* Alii legunt breviculum, sed minus recte, quoniam pronuncianda non sunt, per summaria, coarctanda, sed totidem verbis exprimenda, quo haberi queat ipsissimorum copia. Cordate scribit *GOTHOFR. ad d. l.* Absurdum fore,

ut

ut per indicium i. e. summatim tantum sententiae recitentur & non potius integræ, ut res sit. Certum est, hoc innui, sententiam sine scripto latam nullam esse, i. e. si dicta, non lecta. *vid. l. ult. C. Comm. epist. verbis: Quod magno confictu sententia decerni solet, id paucis literis temere descriptis definiri, fas non est.* Hallucinatur itaque Ferrandus, qui sententiam ex periculo recitare, interpretatur de memoria, a tentamento, *από τῆς περιέργησης.* Particula etiam oratione variare potest sensum. Sunt etiam sententiae interdum amplissime, unde aliquando incidit controversia, de computando fatali, interponendi remedii, a dato acceptioonis copiae, in termino petitæ, sententiae scilicet, ex multis constante periodis & membris. *Vid. Selecta Jurid. Rost. Fasc. II. p. 62.*

§. XII.

Sed res est in evidenti, nec moramur distinctionem, interlocutoriarum & definitivarum. Vid. tamen largissime BVNE, MANN *diff. de sententiis ex periculo recitandis*, vom Vorlesen des Urthels, in tit. 44. Lib. 7. C. §. 8. 9. ubi, a græco *περιέργησην*, circumcludere, derivat, eleganter conferens morem convolventi pergamenta & chartas, die aufgerollt wurden. Hodiernum Volumen ad reliquias pertinet. *Pericla* aliter explicat DV FRES N.E. Stat interea veritas, quod judex, pro re nata, etiam absque scriptura posit injungere. Diverticulum hoc fieret nimis diffluens, si plura de hoc incidenti differeremus. Cogitetur interea, de vocibus: Breve papale, imbreviare & Brief. Notio dexter Briefe est genericæ, vid. Mettlend. Hof-Gerichts-Ordn. P. I. Tit. 10. 19. 20. 22. v. citationum, mandatorum und andrer Gerichts-Briefe. Hinc phrasis eorum, qui alium actorem faciunt: *Lass ihn die Briefe tragen.* Notetur, quod apud Romanos actus voluntariae jurisdictionis, qui uno solenni verbo nonnunquam expediri solebant, non requisiverint judicem sedentem vel scribentem. Vid. exemplum in manumissionibus, quas Judex, ad balneum progrediens, ut legitur, etiam corroborare, verbis extemporaneis, potuit. Quæ ejusmodi casus excedunt, inepte sunt e vestigio, ceu scribit Cujacius, de Prætore Gentienſi, qui cataphractus, equo insidens, sententiam tulerat. B. BRVN NEM.

NEM. in Proc. Civ. cap. 27. n. 47. damnat distinctionem, inter judicium ordinarium & summarium, strenue volens, ut, & in summario, scribatur prouinciam, expressis verbis. Nec arbitrorum laudum absque scriptura valet, per l. 6. C. de princip. agent. in reb. Aliud in arbitratoribus, qui nullum servant juris ordinem. Quod tandem haec sobriae legum dispositiones non debeant captari, nonnunquam rerum, temporum & locorum jubent circumstantiae.

§. XIII.

Redeo ad judicem sedentem. Art. 82. Nemesis Carolinæ ter se disponit. Titulus est, von Besetzung und Bedeutung des endlichen Gerichts. An dem Gerichts - Tage - ita in textu, da man das Gericht, nach guter Gewohnheit, pflegt zu besitzen; und soll der Richter die Urtheiler heissen niedersitzen, und er soll auch sitzen - und ehrsamlich sitzen bleiben, bis zum Ende der Sachen. Conf. art. 84. von der Frage des Richters, ob das Gericht recht wol besetzt ist. Vid. ramen formula, apud HEINECC. S. 375. Lib. III. Elem. Jur. Germ. So stehet auf, beredet euch eines Urtheils. Ideam prebent consultationes & re- & cor- relations publicæ. Conf. phrasis Romana, ex SCtorum historia, pedibus ire in aliquam sententiam. Sedeant igitur judicantes & quidem corpore ad venerationem disposito. Videamus nonnunquam sedentes, ac si recubarent, prout & gradientes observamus, tantum non currentes & lepide pedibus gestulantes. Cicero scribit: Gravem virum docet incessus gravis, unde & scipionem commendari audivimus, illis, qui corporis modestiam, vel ambulantes vel conversantes negligere solent, sed, inter colloquendum, manus tantum non marsupiis induunt. Non omnibus æque opus est tali moderamine. Alii enim, vi temperamenti & qualitatibus adscititiae atque imitatrixis, sunt, in gestibus, inconstanter, alii firmi & compositiores. Ord. Jud. Aul. Prov. Meckl. P. I. tit. II. vult ein ehrbares Wesen und Wandel. Sedilis Judicij Noribergensis venerabilis forma, vid. in diff. DANNREVTHERI, di Nemesi Norica Cap. 4. §. 3. Veteres judiciorum Assessores singularem in eo quaesiverunt rever-

verentiam, vel aspiditatis aut constantiae & patientiae characterem, ut pes alter alteri, vel superimponeretur, vel ut uterque crucis in figuram collocaretur. Dispositive haec figura praescribitur in *Jure Municipalis Saxonensis tit. I.* verbis: *Der Richter soll sitzen, auf dem Richter-Stuhl, als ein griesgrammender Löwe, und soll den rechten Fuß schlagen über den linken.* Bona verba serenamque quæsumus frontem faciemque! Leonis idea reformidanda procul absit, modo judex & integer consensus venerabiles prodat gestus. Quod griesgramm vel grimm plus quam serium vultum significet, probat versio Argentoratensis biblica, de 1485. Psalm. II. v. 1. verbis: *Warum griesgrameten die Helden.* B. KRESSIVS ad art. C. C. 82. largitur excerptum, veteris Judicii Westphalici, verbis: *De Fry-Greven, sine Schuppen unde Kronen schölen noch Hoet, noch Kappen, noch Mäntel, noch Handschen usf noch an hebbhen; Sünber Wapen schölen se syn, ordelen schölen se, wysen fastende unde sittende, & ad artic. ipsum ita commentatur: Quod Scabini cum Judice confidere nulla alia ratio subest, quam decori juridici. Sedeant graviter eantque decenter, qui ex publici muneric dignitate volunt honorari. Clericos admonet Augustinus, ne gressu rapido ferantur, quoniam incompositio corporis qualitatem indicat mentis & incessus citrus instabilitatem denotat. Conf. B. Praefulis Lubeccensis, GOETZII tr. ad quest. Ob ein Prediger wol könne, im Schlaf Rock, actus ministeriales verrichten. Judex etiam, in officio, nunquam deprehendatur illitus & impexus. Vidimus aliquando, in itinere, integrum Magistratum civitatis, adveniente cursu publico, aviditate, legendi stas literas, in Camis, sölern, auf Pantoffeln und mit Nacht-Müsen. Forte erat ex privilegio, cui nihil detractum esse volumus. Qua autoritatem interea, judex, etiam discalceatus, jubere atque prohibere potest: Ubi enim judex, officium exercens, ibi tribunal. Sed distinguere loca & occasiones & tempora. De Carolo M. refert Eginhardus, quod, & cum calcearetur, jus dixerit & quocunque loco & tempore, comites admiserit, atque litigantes itatim introduci jussit. Sed duo cum faciunt idem, non est idem. Quæ moram non ferunt, quoniam judex debet omnium horarum*

sum esse homo, a regula & ceremoniis, salvis substantialibus,
erunt exenta. Omnia fiant ordine & decenter.

§. XIV.

Excerptum illud styli veteris, judicij Westphalici, non possumus sine largiori commentario dimittere, quoniam judex per varia habitus & observandorum accidentia considerandus. Intrueamur eundem, a capite ad calcem. Caput sit apertum, se schölen noch Hoet, noch Kappen uf hebbēn. Est alias pileus signum honoris &, qua den Fronen, res clara; unde & hodienum, executores sententiarum criminalium, capite plectentes, suspendentes, fustigantes, solent, quando sunt ex ordine intelligentium, pileum seponere. Qua Judices & assessores autem, nulla alia ratio legalis potest exprimi, quam quod sacris operentur & in honorem Dei & summi principis, confidentes in auditorio, debuerint esse non-pileati. Scribimus de præterito, quo tempore pileos inter se solebant viri, decori alias observantissimi, imponere. Hodie, ex regulis humanitatis & decori, viri elevationis subsellii nudatis capitibus considere solent, id quod, post capillamentorum & galericulorum nubem, fieri magis posse, ac olim, etiam medicos habebit consentientes. Animi causa inspergere placet memoriam liticulae, de capillamentis, qua sacros antistites, primis, post inventionem, annis agitatæ. *Vid. SCHELGVIGII diss. von Parlicken: PEZOLDI diss. 2. de ritu caput operiendi & aperiendi. Add. Observationes Halesijs & Commentatores ad dictum Apostoli. Chr. BICCII tr. de pileo. vom Recht des Huhts, Hal. 1736.*

§. XV.

A capite pergimus, ad reliqua corporis indumenta atque ornamenta. Abesse voluerunt, veteres illi, pallia & chirothecas. Qua pallia, nullam probabilem sciremus rationem, praesertim, quia majores nostri, maxime membra Collegiorum, solebant palliati in publico comparere. Chirothecarum sepulatio significat, procul dubio, expeditiores viros & manus a dorophagia immunes atque vacuas. Est antiqua nostrarium locutio:

locutio : *De Handſchen uhttheen, qua innuitur ſeria negotii tractatio ; Ordo Praemonstratentium manus, chirotheca ornata, superbiae ſignum habet. Manus, in quavis ſolenni ejus adhibitione, debet eſſe libera unde & partes juraturae, jubentur detrahere chirothecas & non ſola eſt ratio, ut videamus, num ademti jam ſint ante digitorum duorum erectorum articuli. Duorum notanter ſcribimus; plures attollere non eſt universale, id quod ſolus textus Constitutionis Carolinæ art. 107. poterit decidere, virtute verborum : Die zween Finger, damit ſie geſchworen.* Conf. vetuſta phraſis : *Ewe uht fyſen theen. Incidit, hæc ſcribentibus, merito, moſ vete- rum Germanorum, qui ad inventarium judiciale referebant chirothecam Rolandinam, in media menſa jacentem. Vid. DANNREVTHER de transl. jur. symb. C. 2. §. 8. ib. ex-cerptum Weichbildi: Das weltliche Gericht, von dem Käpfer, das iſt zu vernehmen, von dem Handſchuh. Tota manu eſt ſymbolum potestatis, unde olim in civitatibus erecta videbatur manus, ad denotandam pacem publicam, den Handſchieden, item Handſchue dictam.*

§. XVI.

Porro denegantur Judicibus, omnis ordinis, arma. *Sün-der Wapen ſchölen ſe ſyn. Etiā baculos comprehendи putamus. Ratio videbatur eſte, ne vel partes extimescerent viam facti, vel, ne hi, excandentes, quidquam manu expedirent propria. Genius ſeculi abrogare ſivit ejusmodi mo- res ; Moderatores & conſtantes viri queunt, ſine periculo partium, eſte gladiati & ſcipionibus innixi. Qua rixas, inter membra ipſa, abſit metus verborum duriorum atque facto-rum. Ad popinas ruiticas relegentur & non aſſideant Judi- ciis, qui iræ & ori moderari nequeunt.* Ord. Jud. Aul. Prov. Meckl. S. I. tit. 3. §. *Wann der Land-Richter, diſponit de membris & miniftris, die unſleſig, zänkſch, ſingular, oder mit dergleichen, der heiſſamen Justinen hochſchädlichen Untugenden und Feiſen ſich erzeigen. Add. tit. 4. §. Es ſollen auch, verba: ſollen ſiſen bleiben, keiner dem andern obloquiren = =*

sticheln und dergleichen zur Uneinigkeit und Verbitterung gereichenden Händeln und Worten - mit schmerzhaften und hizigen re. Ord. Jud. Imp. Aul. tit. 5. §. 9.25. prohibet Das in die Rede fallen. Recke! nam contrarium facit ideam poinpe vel gerontocomii. Add. eadem ill. ord. tit. 1. §. 11. verbis: Mit keinen andern Gespräch, Discours und Sachen (die drey Stunden) zu bringen. Praeterea virtus regina, taciturnitas, inculcatur tit. 6. §. 13. verbis: Die Verschwiegenheit, als animam consiliorum geboten haben.

§. XVII.

Quod autem sobrii debeant esse judicantes, assertio est, essentialis & perpetua, quæ etiam in phrasin abiit, quando sobrie judicare opponitur subebriis nonnullorum opinionibus. Placuit B. MEISNERO Philosophiam sobriam scribere; Quænam igitur sit ebria, per inductionem & capita scientiarum, sobrie judicantibus, constat. Non est sermo de plane jejunantibus, sed de bibentibus ad aliquem temulentiae gradium. Hinc, quantum fieri potest, judicia adornantur tempore antemeridiano, etiam ob juramentorum, nonnunquam incidentium, religionem. Sunt etiam Viri, & non tantum fuerunt apud Veteres Germanos, quos distinguere jubet experientia, in ante- & postmeridianos. Wyse fastende, habet tex-
tus Westphalicus, h. e. weislich nüchterne. Erat veteribus Judiciis consuetudo, post habitas quasdam deliberationes, admittere poculum collegiale, in circulum; unde proverbium. Et is noch vor den Drünken. Varia ejusmodi dieteria inveniunt explicationem in stylo veterum. e. g. Etwas auf die lange Bank schieben, idem est, ac plurimum & totius populi cœtus confessui aliquid committere. Formula: Zu rechter fröhler Tages-Zeit, assinis est huic meditationi, præcise enim innuebat olim tempus ante-meridianum In Capitularibus Carolinis ira: Neque Comes placitum habeat, nisi jejunus. Finis imponebatur judicio cum meridie. Vid. latius J. G. HOFMANN de modo Judic. exere. apud Germ. §. 5. Nüchtern non

non solum est oppositum ebrietatis, sed qualiscunque assumptionis cibi vel potus.

S. XVIII.

Verum, de baculo jam erit differendum. Scipionem, quo vel nituntur, vel ornantur stantes, vel gradientes, non indigitamus, sed baculum, qui erat signum officii & hodie tantum in judiciis nostris criminalibus, superest, & quidem plane dissimili ordine & figura, unde & vidimus eundem non frangi, a Judice præsidente, sed a quodam vel Assessore, vel etiam Actuario. Art. LXXXII. Constit. Carol. vom endlichen Gerichte, aliter disponit, verbis: *Er, der Richter, soll auch sißen, seinen Stab, oder bloß Schwert, nach ländlichen Herkommen, in den Händen haben. Baculum illum decorticatum & album esse debere, sciant vel scient Judices. Eavaginatus gladius in quibusdam provinciis & urbibus conspicitur, in manu Præsidis Judicij, die publicationis ultimæ & executionis sententiæ. Alibi carnifex stat, prope mensam, tenens gladium vagina vacuum. Accedunt aliae ceremoniæ, tinnitus campanæ, des Beleutens des Gerichts, suspensionis rubri panii ex curia, aliae. Fiunt etiam nonnulli horum apparatus, absente, vel nondum detecto delicti, maxime homicidii, auctore. Aliena haec sunt, a nostro rubro. Vid. DD. ad art. 87. C. C. vom Beschreyen des Beklagten, imo in genere omnes, qui criminalia aliquadantenus systematice tractarunt. In specie legatur MASCOVII *diss. de clamore violentie, vulgo: vom Zetter - Geschrey.* it. latius El. Aug. STRYCKII *diss. de proclamatione & banno homicida fugitiivi, vulgo: Baan - Recht. Cap. 4. de forma, thes. 5. Soll Zeter mit ausgezogener, geschlissen Wehre, schreyen. Ita in Speculo.**

S. XIX.

Sit autem baculus objectum, nobis paulo curiosius considerandum, quoniam referendus venit, ad internum etiam auditorii Juridici inventarium. Adhibebatur ille, a majoribus, in signum autoritatis, hinc venerationis. Usus etiam ejus se excere-

exserebat in impositione silentii, unde das auffklopfen, das schlagen, oder auffstoßen auf den Tisch. Illustrationem praebent Mareschallorum & militarium, conf. locutio: Der Stab liegt da: Die Stabs-Officiers, & convivalium aliarumque processionum insignia. Opifices etiam utuntur baculo directorio, in aedibus collegiorum, quas, a verbo schütten, quod varios actus judiciales significat, Schütting, appellant. Excutere, discutere, sunt verba juridica; posterius significat etiam cognitiones causarum, quas per schütten majores nostri, ob necessitatem accuratae investigationis, exprimebant. Majores nostri, hujus baculi, qui ulnæ aliquot quadrantes longitudine non excedit, usu inclinaruerunt & nemo plus operæ in hujus baculi specialia impedit, quam Ill. Dn. GRVPEN, in denen teutschen Alsterthümer, wobey von denen Codicibus picturatis, Cap. von Stäubern und Stabenden Ahyden. Die Stevers, de quibus ille, sunt ministeriales, die dem Manne (de feudali investitura sermo est) den Eyd vorstabeten, oder vor sageten. Liceat quosdam excerpere textus Codicum. E. gr. in Cod. Oldenb. piet. ita: Of de Man vor den Herren cumpf und svere ane Steveren. In Cod. Luneb. De Man bidder des Stevers. In Cod. Guelpherb. Versprechen dar noch der Hilligen un des Stebers p. 63. Autor ille humanissimus ita: Der Compilator Juris Saxonici gedencet des Stävers, als einer Person, die bey Ablegung des Eydes, in curia feudal, und sonst, im Gericht, zur Verstattung des Eydes mit erfodert. Hinc formula: Mit opgerichteten Fingern und mit gestavenden Eeden; welches so viel, als an den Gerichts-Stab, den Ahd beschweren, p. 70. Es ist bekannt, daß an verschiedenen Gerichten, wie, noch heutiges Tages, in dem Hannoverschen Hof-Gerichte, an dem Stabe, oder mit Vorhaltung desselben geschworen wird. Auch, in Sachsen, die Anlobung der Guarandæ, an den Gerichts-Stab geschiehet. Incidit lusus etymologistarum qui vorgesetzte Eyde, sibi concipiunt, dicturi, ein Eyd, den man, in den Stäufen des Vorlesers, mit Nachsprechen verfolget. Præunte ministro Academiæ, eit formula in promotionibus Rostochiensibus. Conf. præjuratio-

Jurationes Romanorum & phrasis, conceptis verbis jurare. Tandem laudatus ille Autor ita, p. 78. Frisch hält dafür, daß unter Cydewart der Stever verstanden. Sed satis; Quod & Principes subditis juraverint gestabte Cyde, videatur in exemplo, apud LVDOV. diss. citanda, p. 13. Leg. Ord. Jud. Rothw. P.II. tit. 10. ibi: Wenn der Hof-Richter den Stab darbeut mit der rechten Hand den Stab begreifen. Add. DANNREVTHER diss. de translatione iurium symbolica, Cap. II. §. 7. Unicum addimus, in Gallia haberi in iudiciis baculos, daran oben eine Hand, mit aufgerichteten Daumen und beyden ersten Fingern, wie ein Regierungs-Stab, etwa eine Elle lang.

§. XX.

Baculus fuit', in judicio, generale insigne autoritatis, a maximis, medioximum & minimis judicibus adhibendum. Excerpta Frischiana hic redeunt: Stab, ein Kennzeichen ritterlichen Anschens. Vor Alters hatten die Richter einen Stab, als einen Scepter in denen Händen; Er bedeutete absonderlich den Blutbann, oder das Gerichte über Leben und Tod. Das Criminal-Gericht hieß das Stab-Gericht. Memorabilia sunt excerpta ex MENCKENII T.I. Scriptor. Sax. p. 846. MÜLLERS Reichs-Tags-Theatro, sub Tr. V. fünfte Vorstellung; ibi: Sr. May. Sigismundus hat alsbald den Gerichts-Stab, von Marggraven Albrecht genommen, sich niedergesezt und vorgenommen, selbes zu sprechen. Rohtweilische Hof-Gerichts-Ordn. apud LVNIGIVN T. IV. p. 95. Wenn der Hof-Richter das Hof-Gericht besetzt, so soll er des ersten fragen, mit seinem Stabe - soll nicht ussten, noch den Stab von Händen geben.

§. XXI.

Hactenus vidimus judicem sedentem, vultu gravem & vestimentis atque insignibus indutum, instructum. Descripsimus etiam aliquam faciem auditorii forensis. Intueamur nunc ulterius Tribunalis inventarium mobilium. Sedilia & hodie utplurimum sellæ, sunt in præmissis. Mensa pariter. Inver-

C

fio

sio & disjectio mensarum & sedilium, in judiciis criminalibus, die executionis ultimato confidentibus, per inspersa & famosa habentur obvia. Ordo confidendi est vel naturalis, juxta æatem cooptationis, vel juris publici. Huc pertinet distinctio, der Ritter- und Gelehrten-Banden, vid. Ord. Jud. Aut. Imp. Tit. i. §. 9. Jit. 5. §. 8. ad dextram & sinistram Praesidis. In Consistorio Ducali Meckl. Assessores, alias ordinem votandi & eundi, juxta receptionem servantes, qua ritum confidendi ita distinguntur, ut Theologi omnes dextrum & JCti sinistrum latus mensæ occupent. In parte superiori, illius mensæ, sedile illustrius vacans conspicitur, in honorem Serenissimi Ducis Regnantis. Quæ de dualitate votorum, in quibusdam Collegiis mixtis, observanda, hujus non sunt sphærae.

Sedent, diximus, Judicij membra: Surgunt, tamen, nonnumquam, vel levant corpus aliquadantenus, ut supra allegatum, in honorem Dei & Principis. Secretarios, in omnibus judiciis, alias, propter necessitatem scribendi, sedentes, aliquid prælectuos, maxime mandata, conclusa & sententias, testamenta, stantes fieri, ad tralatitia referimus. De scamnis & sessionibus Virorum-Jurorum, qui annos pythagoricos silentii agunt, Auscultantes vel Auditores appellati, nihil referendum accepimus. Quæ nupere Regia Borussa Constitutio illustrissima, de illis disposuit, legimus. Votum consultativum illis concessum esse, relatum vidimus.

§. XXII.

Utrum partes comparentes earumque Advocati stent vel sedant, est quæstio styli, ex legibus & observantia definenda. In Judiciis Ducalibus Meckl. tituli & honores, ad punctum quoddam distincti, faciunt diversitatem, stantium vel sedentium citorum, absque respectu sexus. Necesitatem, nec hoc loco, habere legem, peraeque tenendum, prudentia raro, gratia nunquam invenit locum. In quibusdam provinciis distinctiones fiunt inter species sedilium.

§. XXIII.

§. XXIII.

Judices gladiatos hodie confidere, diximus. Ante dimidium seculi, & temporum nostri aevi, vicisitudines, Collegia Magistratum ubique palliata convenire & simili habitu, in templis & conviviis solennibus, comparere solebant. Supereft hic mos, in eminentioribus quibusdam urbibus, ubi maxima in eo queritur gravitas, reverentiam promovens, ut Proceres non nisi in habitu compositiori, quem *Gestalt* Nocke, dicunt, publice conspiciantur. Romana historia lectu dignissima, huc facientia, prodit & memorabile est exemplum, militum invasorum, gravitate habitus deteritorum.

Qua colores, semper modestiores fuere servati, vel plane nigri, vel nigro proximiores. Albus etiam color clericalis fuit ab omni aeo habitus, Conf. Lev. XVI. 29. Num. XIX. 7. Add. LVNDII *Judische Heilsgthümer*, Lib. III. c. 3. Add. B. Abbatis SCHMIDII *scripta specalia*. item Dn. DETHARDINGII *noviss. epistola*. Miniflros verbi divini nigros & distin&iores habitus in hunc diem conservasse, singularem illis honorem & existimationis gradum conciliat. Conf. diff. Helmstad. mox alleg. Cap. II. §. 2. De nigro atque simplici, unius coloris vestitu, animum non vericolorem & distractum undique aut distractum, sed unum eundemque modeste designante, Add. clem. de statu monach. c. i. verbis: *Nigri, bruni aut albi coloris*. Conf. c. 15. X. ds vita & honest. cleric. c. i. C. 21. qu. 4. & pr. dist. 4. vid. WOLDENBERG. iofras, ad t. t. Decretal. de vita & honest. cler. Presbyteri nunquam incendant, sine stola, si cum illa spoliantur, triplum, si sine, simplum/redditur. c. 25. C. 25. q. 4.

§. XXIV.

Sed potissimum nunc de Advocatorum & partium habitu & decoro erit differendum. Quod, in terris Borouffo-Brandenburg. causarum Patroni palliati incedere debeant, accepimus. Alii gladii accincti, etiam in audiencie, comparent. De Jure Romano togati esse debebant, l. 3. & ii. C. de advoc. divers. judic. Partes

tes nonnullis in locis gladios & scipiones, ante limina reliquere tenentur. De Studiois res est notoriissima, & videatur decisum Facult. Jurid. hujus Acad. ad requisitionem, inclytæ Acad. vicinæ Gryphicæ, nuperam, insertum III. *Dn. Aug. de BALTHASAR, Orat. Reft. de privil. & officiis Stud. Gryph.* Sed diximus, etiam alia judicia, non disciplinaria, dari, in quibus, cives, comparentes, coram suo Magistratu, gladios deponere jubentur, imo omnes indistincte, qui præstanta habent juramenta.

§. XXV.

Lectione dignissima est dissertatio Helmstadiensis, theologica inaug. WIDEBURGO-KEGELIANA, *de gladio, in Sacramentorum reverentiam, deponendo.* B. STRVV. in disp. de Ensf. Jen. 1683. tb. 46. refert occasionem specialem, Hildesio-Fuldensem, Ordinationis, de gladio e templis exule. *Evolv.* BECHMANN Exerc. feud. 13. n. 39. clem. i. de statu monach. l. 3. C. de his, qui ad eccles. config. can. si quis diff. 36. l. 36. 53. §. 1. C. de episc. & cler. De aulis Principum, quæ scipiones omnino, & interdum gladios & chirothecas, ab admissis ad audientiam, arcent, videantur, audiantur ali. Add. THVANVS allegatus in d. diff. Acceserunt, disputationi laudare Helmstadiensi nonnulla responsa, egregie ad rem facientia. Distinguueremus autem, inter S. cenam & S. baptismum, qua rigorem scilicet. In genere subscrivimus. Si ita introductum, forte symbolicus fieri posset gladius. Variant ceremonia & emblematica nonnunquam continent, quorum refero morem Acad. Oxoniensis, quæ, creandas Theologiae Doctoribus, ocreas, respiciendo, ad dictum apostolicum: *an Beinen gestieft, als fertig zu treiben,* das Evangelium, induit. TILLOTSON p. 209. Geistl. Schriften, refert, veteres in actu baptismi vestes plane exuisse. De baculis vid. cit. diff. Legatur elegans annexum Responsum Jenense, utriusque Facultatis, probans, gladium exulum in curia & comitiis. vid. tit. C. Theod. de habitu, quo uti oport. intr. urb. TACIT. Annal. IV. c. 21. TIRAQV. de Nobil. c. 20. MEENOCH. de A. J. Q. casu 304. n. 35. Aurea Bulla c. 2. §. 1. & ad illam Ludewig aliique, qua juramenta Electorum. Add. Dn. BVDERI

DERI diff. Spec. §. ult. Mores Russici & Veneti videantur apud Olearium & Hubertum. Quod tandem inquisisti, absque periculo insanabilis nullitatis, nequeant in vinculis stare, coram judicio, famosissimae est praxeos.

§. XXVI.

Pergimus ad inventarium Auditorii forensis. Ad manus sint Leges & præsertim Ordinationes Judiciorum, cum formulis, maxime juramentorum. Quædam Judicia habent specialem bibliothecam selectiorem, quæ ex inulctis, præcise sub formula: ad bibliothecam, maxime in excessibus Advocatorum, successive augetur. Juris communis euidem bibliotheca viva & ambulans fit Judex, sint Assessores. Verum, omnium habere memoriam superat humanam conditionem; ut taceamus, ad convincendum, interdum in arena, utilem esse præsentiam librorum fundamentalium. Corpus Juris & Constitutionum atque Ordinationum ornaret perpetuo mensam, credimus. Ordinatio Imperialis vult:
Das das Recht auf dem Tische liegen sollte. Rechte! Dieterium: Das Recht sieget unter der Banc, non est sine sale. Concedimus, quod, qui non affert notitiam Legum, in frangenti nequeat erudiri; sed autoritatem augeret forte bibliotheca selectior vel libri super mensam. Adscidimus aliquando actui torturæ, cuius director aliquot Commentatores, ad Nemesin Carolinam, secum ferebat; Ridebatur & merito. Prope Tribunal, in area plane foris aedium vel intus in laqueari, tabula, cui affixa nova edicta, proclamata eriam, prout in supremis Judicis moris est, pedentes quævis citationes & nupera pronunciata.

§. XXVII.

Temporibus atavorum nostrorum præstabuntur juramenta, impositis Evangelistæ digitis. Hinc formula: **So wahr mir Gott helfen soll und sein heiliges Evangelium.** Monstrari potest cupidis Codex membranaceus, illi fini olim adaptatus. Descripti sunt in illo primi vericuli, quatuor Evangelistarum; Iohanneum autem initium: **in principio erat verbum, ex impositione tot celeberrimorum aliorumque digitorum, utut, procul dubio,**

purissimorum, accepit vestigia significantissima. **Bey dem Worte der ewigen Wahrheit,** erat pariter in formula; Verbum autem illud indigitabat Iesum Christum. Stylo sic ordinato, omnino pertinet Codex Novi Testamenti, vel membrana descripta ad inventarium Dicasterii bene instructi. Masculis ponebatur in pulpito elevatori, inde hodierna erekcio digitorum, absenteum tanquam praesentem librum tangentium; Feminis appendebatur ad latus sinistrum, in regione cordis; unde illarum situs & habitus, digitorum in hodiernum, omnibus aliis lusibus omisisis. *Conf. Ordin. Dicast. Rotwilensis, P. II. tit. 10.* ib. soll die Frau mit ihrer linken Hand greifen zu ihren Zopf des Hauptes sc. Formula: tactis Evangelii, illustrissima satis est, & quae in coronationibus & investituris, festiva sunt, apud Publicas Germanos sunt obvia. Messem præbet *Ill. Dn. JV GLE RVS, in diff. nupera, de ritu S. S. Evangelia tangentia in jurejando.* De antiquitate videantur primi, qui supersunt Capitulares. *Vid. Dn. GRV PEN teutsche Alsterthümer, p. 67.* Veteres debuisse in promptu habere capsulam, cum reliquis sanctorum, probant solennia juramentorum. Legantur Clenodiographi S. R. I. inter quos eminent Duumviri de LUDWIG & de ZANTHIER. Nondum perit formula: auf den Heiligen schwestern. Quod Majores, in judiciis Dei, sive ordaliis, ahenum, ferrum aliqua adhibenda, ad perpetua retulerint inventaria, credimus, propter prævios benedictionis ritus. *Vid. BECMAN. sp. diff. de Judicis Dei. SCHOTTELIVS aliquic.*

§. XXVIII.

Hoc loco, ubi de Codice Evangelistarum, dem Evangelien-Buche, intuitu juramentorum, scriendum erat, nos liberamus a solennibus antiquorum Judiciorum Dei & juramentorum apud veteres. Potuissemus, si haec dissertatio crescere debuisset, vel varios apparatus, vel observandas ceremonias, ritus atque universum decorum describere; sed occupaverunt jam alii, quæ Lectorem satiare possunt. Nonnulla etiam sequentur, adspirante divina gratia, in tractatione nova. Dabit illa, inter alia, locum torturæ bene instructum, cum locuplete inventario. Certo enim respectu

respectu locus , die Marter - Cammer , est auditorium forense . Rite instructum sit illud omnino . Est in Civitatibus extantioribus , locus subterraneus , continens machinas convenientes & instrumenta , quae sunt in usu . *Vid. PRÆSIDIS Jus Crim. Meckl.* Qui ideam bene adaptati ejusmodi loci querunt , rogent , ut parat aliquando Rostochiensis . Impetrant simul bonis verbis ocularem singulorum instrumentorum inspectionem . Non est talis curiositas sine fructu . De capitulo Pomerano , der Pommerschen Mûze & de instrumento Meckl . *vid. diff. cit.* ager continuatio de requisitis Judicij , coram quo stant Judæi vel alii , religione diversi . Fiet regressus , sicut digressiones in Jurisprudentiam formaliam & Romanorum & Germanorum . Hac vice in dissertatione succinctiori & periodica agere libuit , de iis , quæ paginae ferunt .

§. XXIX.

Cita manu igitur pergimus . Calendarium semper in promptu esse expedit , ne citationes & termini sicut & praefigantur impertinentes . Facile evitabitur lubrica assertio , de citato ad diem inutilem , qui sequenti comparere habet . Et quamvis dies , per calculum , a die insinuationis , fortuito inutilis , nequeat evitari , unde & formula : *Fals derselbe kein Gerichts - Tag seyn sollte ; Tamen , qua illos dies , qui statu & fixi nominantur , non sapit Judicem circumspectum , qui calendarium consulere neglexerat . Quanta sit in praxi distinctio , inter festa fixa & mobilia , & quam insanabilis sit nullitas , citasse ad fixum , famosum satis est . Vid. c. 6. X. de dol. & contum. DD. ad tit. ff. de in jus voc.* Tantum calendarii vivi speraremus , in judice quovis , non plane proletario , ut sciret , dies , 1 Jan. 2 Febr. 25 Mart. 24 Jun. 2 Jul. 29 Sept. 25. 26. 27 Dec. nobis esse festa immobilia , cum vicinis communia . Qua aliquot dies penitentiales , videatur Calendarium nostrum .

§. XXX.

De utilitate clepsammii vulgaris , non est ut differamus . Horologium , vel vicinum , vel parieti affixum , publico consonans , quale

quale ad inventarium ornatisimi Dicasterii referre vellemus, præstantius quidem esse censēmus, sed habet nihilominus & clepsydra suas utilitates, quas horologium præbere nequit. Juris, in exemplo, est, actus inquisitionales non in nimis longum protrahere tempus. Qua torturam, ne quidem sufficit machina, per arenam hodie, ut olim per aquam, quod artificium nuper rediit, horas distinguis. Horologio, per sexaginta horarum particulas distincto, opus est, quoniam actus ille diri examinis sc̄epe solet interrumpi. Probant protocolla judicem solerter & Secretarium haud vulgarem, in quibus legitur accurate, etiam qua momenta temporis, designata examinis historia. V. gr. 30 Minuten auf 8 Uhr, wurden die Daumen - Stöcke zugeschroben. Inquisitus schrie, wollte gerne bekennen. 35 Minuten auf 8 wurden die Daum - Schrauben gelöst, und inqu. befragt. Wollte aber nichts wissen, sagte, er wäre unschuldig. 45 Minuten auf 8 wurde wieder zugeschrieben, u. s. w. Adesum judex docte & execto superficiarie: Qui torturæ justitiam traducunt, forte eandem didicerunt ex iis, qui neque Practici fuerunt, neque fieri voluerint. Thesis praeterea est in parato, quia actus torturæ, qua intensos dolores, non durare debet, in regula, ultra horam. vid. LUDOVICI Peint. Proces, cap. 9. §. 25.

§. XXXI.

In nonnullis illustribus Judiciis pendet, vel affixum est horologium, etiam ob actus stabilitationis. In actis, ex Cancellaria Hannoverana, ad Facultatem missis, observavimus hanc clausulam: Wenn die pendula, die in der Gerichts - Stube hänget, wird geschlagen haben. Alibi fiunt, ad occasionem variis sc̄epe litigii, litationes ad candelas, vel cereos. Questio aliquanta ventilata, num emunctorum queat adhiberi, resolvetur negative. Ergo nonnunquam ad reculas judicij bene instructi referenda cedula, cum candelabro. Rectius adhibetur cereus arête compressus, in einer Kneipe; Evitantur enim, per hanc, viam & machinam, facilius lites sat sc̄epe occurrentes, daß das Licht noch geslamm̄t habe, da der Bot geschehen, quoniam candela vulgares in inferiori candelabri receptaculo, communiter diutius

(10)

diutius cum extinctione colluctantur. Obstant, paginarum limites, recensioni, casus Raceburgensis, acriter ventilati, de reviviscente quasi flammula. Legantur PHILIPPI & POSTIVS de sub-
baſat. Praeter hanc occasionem absit candela, quoniam judicia, post solis occasum, clausa Sunto & sententia, noctu lata, ipso jure nulla. Torturas interdum tempore antelucano adornari, haud inconfutum & loca subterranea per se requirunt illuminationes artificiales.

ſ. XXXII.

Tandem de speculo. Refertur illud nullibi ad requisita, vel ornamenta, Auditorii forensis, quanquam non unam posset habere utilitatem. Ne dicamus, speculum esse legum perpetuum emblema, ceu testatur utrumque antiquioris, utriusque Germaniae, Juris speculum, Svecicum atque Saxonum. Emblema non est sine sale, quoniam lex naevos indicare potest. Obiter noramus, phrasin: wollen es als im Spiegel beschauen, non de ejusmodi Speculis, queæ non nisi oblatæ repræsentant, sed de viris opticis arte paratis, quibus mediantibus accuratius vident, qui vel oculati satis non sunt, vel oculatores esse cupiunt. Brillen, Fern-Gläser, & alia oculorum adjumenta, sunt species. Unde vitra cauſtica eriam specula, vulgo Brenn-Spiegel appellantur. De hujus speciei speculo cogitarunt, qui scripſere ejus rubri libros. Specio vereribus erat verbum, significans idem, quod video. Derivata ſunt, inter quæ eſt speculum, quod generavit nostrum Spiegel & corruptum Spiegel. Nemo miretur, nos linguaſ superioris Saxoniæ corruptiore in inferiori habere; Varia ſunt exempla; cogi- terur de ſuperſtitione, queæ rectius vocatur Neverglove, hinc Ueberglaube, quam Übergläube. Eſt inter phrases Ictorum, einem etwas vorspiegeln. Expeſtatur nexus acuminis, ſed in etymologiciſ, urut polioribus graiis, facile labimur. De armis ſcriptoriis res per ſe eſt clara. Antiquitates tamen ſcrutaturi, haberent laborem, indagandi, quando incepérint ſcribi protocolla, in patria noſtra. Olim, quum omnia fierent, levato veſo & ſub diō vel in- ſpectante quolibet arbitrio, viva voce, abſque ſcriptura, judica- batur. Supersunt in Germania judicia inferiora & rufſtica, que

D

non

non scribunt. Expectetur *Praesidis opusculum, de idiomate & styllo forensi Mecklenburgico.*

§. XXXII.

Et haec sunt, quae hanc dissertationem ingredi, pro tempore poterant. Universalia faciunt specialium temperamenta & modificationes. Sit judex vir probus, gravis & modestus. Sit locus judicii bene dispositus & adsint in promptu, de quibus supra. Maneant reliqua extra oleas & legantur collectores ceremoniarum judicialium, maximè in materia probationum, inter quos laudari non potest satis B. HEINECC. *Vid. Elem. Jur. Germ. Lib. III. Tit. 6. add. du FRESNE Glossar. loc. compet. & ex professo B. LVDOVICI diff. de solenibus Juramentorum, Hal. 1702. rec. 1739.* Placent verba, Cap. 1. §. 5. Tales fuerunt mores Gentium, ut in nullis fere actibus civilibus in simplicitate naturali persisterent, sed ubique aliquid superadderent, per quod maiorem iisdem splendorem conciliari crediderunt. Summa igitur est, quod præstationes juramentorum ab omni ævo fieri voluerint, cum externo apparatu singulari. Arma, cruces, chirothecæ ferreae, nummus, in quo vultus regis, vel crux, *Vid. SICCAMA de LL. Fris. tit. 14. §. 4.* ex infinite aliis adhibebantur, & præsto esse debebant, etiam qua clericos, hostiæ & missalia. Singulare antiqua, juramenti judæorum, leguntur apud Speculatorum. *vid. etiam ZIEGLER de Jurib. Judæorum Cap. V.* Si ritus illi superessent, etiam, inter reuelas Judicij, nec pelle suilla carere posset inventarium Judicij, plene instructi. *Vid. textu Svecicus C. 345.* Sollen auf einer Säuhaut stehn und sollen die 5 Bücher Mohsi vor ihnen liegen und sollen die rechte Hand in das Buch legn, bis an das Kist. Quod nudipedes debuerint esse, referunt nonnulli. Quæ in hodierno decoro juratorio supersunt, nihil habent, quod offendaret ingenium. *Vid. §. 27.* Supersunt Collegia, quorum inter inventarium est, crux, cum infixo Salvatoris nostri simulacro, ein Crucifix, ad quam crucem juratur in receptionibus & purgatoriis quibusdam. Purgatoriis dum injicimus mentionem, cogitamus, de more quorundam Judiciorum, tegendi mensam panno pulli coloris imponendique eidem skeleton capitis humani, formam Jesu crucifixi & clepsydræ. Accedit aperitio januarum atque fenestrarum. Bene! modo absint nova terriculamen-

ta, qualia in imaginibus nonnunquam magis nocent, quam profundunt. Exempla forent odiosa. Vid. tamen casus curiosus inter Leyserianas amoenitates.

§. XXXIV.

Ad inventaria Judiciorum, bene instructorum, referuntur chartularia, illustriori vocabulo, archiva dicta. Solent etiam in illis asservari arma & instrumenta, quibus homicidia, furta, magiae vel alia maleficia fuere commissa. Olim asservabantur in iisdem die Leibzichen, sive particulæ corporis delicti, ex homicidio, ab incerto patrati. Vid. veterani Procesistæ, majorum ætate imperantes, KEYSER & KOENIG. Ecclesiarum præfectorum fuisse in ea hæresi, quod hæc talia ad templorum referenda veniant inventaria, probat exemplum, in selectis Jurid. Rost. Vtrum manus illæ, quas asservari in nonnullis templis, fertur, illuc veniant referendæ, scrutantibus relinquimus. Si verum foret, quod narratur, aliquando, præsente in judicio, ex accidenti, occisore, cruentationem ejusmodi manus extemplo fuisse observatam, sane e re fuisset, in auditorio juridico ordinario semper ob oculos eandem mansisse. Vid. SCHOTTELIVS de Jurib. Germ. sing. Cap. III. §. 23. ex Chytrao. Add. PRÆSIDIS Jus Crim. Meckl.

§. XXXV.

Subsistimus, hac vice, alia, Deo volente, plura daturi: *Vid. diff. PRÆSIDIS de Ingenio Germ. qva solemnitates juridicas, que partem admitteret novam, nisi tot Viri ante nos & nobiscum in eundem laborassent finem.* De solennibus judicii Dei per duelum, vid. post alias citatos, *In HAVSCHILD Tr. all. p. 84.* Volvatur etiam falsus liber, majoribus nostris, in his terris, familiaris, qui dicitur Reincke Boß. In his pagellis thema pres, sius fuit tractatum, de loco judicii bene instructo, decoro Judicis, Advocatorum & partium. Omnia fiant graviter, modeste, decenter atque reverenter. Hinc ad somnia referimus, quod e Speculis erui velit ritus, Scabiniū de scanno deturbandi; circa interpositionem appellationis. Ipse Glossator rideret assertionem. Quamvis enim phrases sint nota: eine Urtheil schelten, blasphemare sententiam, blamer le jugement, omnia fieri tamen debuerunt

runt modeste & reverenter, id quod in hunc diem servatur, medianibus verbis: salvo respectu, vel consimilibus arbitrariis, quorum omisio judicis a quo indignationem & responsum conforme meretur. Appellatio stante pede ex hac ratione, in iudiciis excellentioribus, plane est prohibita; fieri enim solet, cum aliquo strepitu & affectuum commotione. *Vid. PRÆSIDIS diff. specialis.*

§. XXXVI.

Modestia & reverentia, de qua jam sermo est, arceri vult etiam voces, Advocatorum & partium, nimis sonoras & in clamorem degenerantes. Vocantur equidem Advocati, in veteribus chartis, clamatores, unde declamationes; Legitur in *Jure Prov. Sax. Lib. I. art. 62.* Schreyet ein Mann umb Ungericht. Sed verba valent sicut nummi. Superest in his terris, qua solennes Juridicas, vox: Anruff, sed sonoram patitur vocem, non immoestam vociferationem: Non quodvis rufen, significat clamorem, ceu patet ex phrasibus etwas aufrussen, widerrussen. Partibus non permititur, tumultuarios ferere sermones; Nec advocatus cum cliente coram Tribunal colloquatur, sonora voce: Er soll ihnen zuhaen was et will, scribit Speculator Saxo Cap. 86. c. 3. Conceditur a Judicio, ad instantiam, mora recedendi & in atrio & area conferendi. Juxta hanc analogiam explicitur verba: proclamare, & reclamare. Postulare jus licet, hoc est suum vel alienum in iudicio exponere desiderium, per rubr. & nigr. tit. ff. de postulando, sed non degeneret in expostuliren, ut domestice vocamus, expositiones desideriorum cum strepitu & impetu.

§. XXXVII.

Advocatorum officium admodum est laudabile & honoratum, vid. l. 14. C. de Advoc. I. TIRAQVEL. de nobil. cap. 29. n. ii. officio singularem nobilitatem vindicat. Leg. incliti STEGERI Pr. de advocatorum nomine honorificissimo: & quidni laudemus, honoremus, causarum Patronum pium, eruditum, prudenter atque modestum. Viri requiruntur honorabiles; procul sint feminæ, pro aliis, exceptis rarissimis casibus, postulatura; Nec opus est, ut hoc fundetur, super fabulam, de Caja Afrania, quam

quam Speculator Carfaniam appellat, die da mißbarte vor dem Richter. Legatur incliti nunc Gieffensum JCTI, JENICHEN, specialis de ea tractatio, ad l.i. §.5 ff. de postul. & in observ. ad Leyf. Medit. p.14. f. Quænam præterea sint vitia canonica Advocatorum, non est ut referamus; Non obstatre putamus vitium ullum corporis, imo ipsum Appium cœcum, si cœteroquin non impar foret, a nobis admittendum esse censemus. Periculum violationis debitæ reverentiae, quod lepide refertur, ab Appio in salutatione judicis, a tergo, commissæ, facile, per præviam, de fessionis ordine & auditorii geographia, informationem, evitare-tur. Omnes omnium Judiciorum ordinationes excolunt, præter justitiam, honestatem atque decorum. Suum quilibet cuilibet tribuat; Judex, qui vult honorari, neminem offendat, sed omni casu, etiam, qua avisationes ante uramenta, prudentem agat Geometram. Advocati & par cogitent de illo Ciceroniano: *Qui non considerat, quid, quando, ubi & cum quo loquatur, ineptus habetur.* In Parlimentis quibusdam exoticis olim fuit moris, ut Advocati scriberent summam in tabula, quæ si irreverenter vel alias nulliter concepta, singulare modo erat delenda. testes sunt versiculi:

Palleat, ut nudis presit qui calcibus anguem,

Aut Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram.

Legatur Ill. GEBAVERI Orat. de Laudibus Advocatorum. Conf. Historia literaria scriptorum, qui de artificiis Advocatorum agentes, pro illis & contra illos scripsere; speciatim inspiciantur labores ZIEGLERI, personati FRANCKENBERGII, BRVCKNERI FESTINGHI, GERDESII, DRESSELI, HOLTERRMANNI, cui pseudonymus *Franciscus CLIENS* fecit satis. Omnibus præstantioribus & bonis apprecamur ex l.7. ff. de postul. famam hilariorem. Boni autem sunt, qui a scientia & instrumentalium & practicorum & a conscientia & a decoro laudari queunt. Vid. Ord. Jud. Aul. Prov. Meckl. P. 1. tit. 17. 18. ib. das Lande und Hofger. u. desselben Personen ehren und respectiren, vor Gericht Chärbarkeit gebrauchen und aller Schmech-Worten bey Poen mich enthalten. it. in mündlichen recessen der Chärbarkeit gebrauchen, dagegen aller Lästerung und Leichtfertigkeit, bey Poen, mich enthalten. Conf. SCHOEPPERI & BROKES diss. de Advocate injuriante. Legatur

gatur all. Ord. tit. 6. §. Es solln die Advocaten mit Glimpf und Bescheidenheit sezen, alles calumniirens, schmehens, schimpfens und hizigen Anstechens sich allerdinge äussern. add. §. seq. die Procuratoren. Concordat formula Juramenti Procuratorum Consistorialium, verbis: vor dem Consistorio Ehrbarkeit gebrauchen, aller Lästerung und Schmähung mich enthalten. Inspiciantur edicta Meckl. Specialia; Etiam die gemine Bescheide; e. gr. de 1668. d. 11. Jul. 1670. d. 18. April 1674. d. 13. Jan. & multa alia, quorum repetitio crebra probat vitium hoc esse pertinacissimum.

§. XXXVIII.

Crescit hæc grata nobis materia, contra institutum & opinionem; Dabitur propediem continuatio, cum supplementis & spicilegiis. Multa erunt, supererunt, antiqua præfertim, quæ, quatenus sunt Mecklenburgica, Lectori, non plane phlegmatico, forte placebunt. Erunt inter ea, quæ priodis stylis forensis etiam juxta illud, haud absurdum, quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando, ita proponent, ut poemati similis labor, qui & prodest & delectat, prodeat, bono cum DEO, cui sit soli gloria, qui nos ducat in omnem veritatem, illuminet mentes, ut recte sentiamus, juste faciamus atque judicemus, nec unquam a justitia, in juribus ciuium inter se, recedamus. Gratiam Deus & Principes largientur; Judices & privati exerceant æquitatem, ut homines, non ut judices, falsa enim est regula in foro: *Æquitas stricto juri est præferenda;* Non enim, quod sententionantes sibi capiant, datur æquitas imperata, sed omnia redeunt ad dilemma, ex definitione actionis ejusque verbis: *Jus quod sibi DE BET VR. Tribus: Billigkeit nihil aliud est, inter concives, quam quod est Gnade in decretis Magnatum;* Unde nunquam audivimus sobrie loquentem dicere, daß Gott oder ein grosser Herr billig sey. Si nova haec est displicensque doctrina, vera tamen erit, donec publice probetur contrarium. Quantum quis legis vel regulæ præscribere potest, tantum etiam gratiae est in ejusdem arbitrio. *Legatur diff. PRÆSIDIS, de limitibus justitiae, agitatis, juris agrat. & arbitrii judicis.*

TANTVM.

msj. msca. GENEROSISSIMO
DOMINODEFERBER,
QVÆVIS FAVSTA APPRECATVR,
PRÆSES.

Specimina eruditionis, Virorum- Juvenum, prima, merito appellantur dissertationes academicæ, quas ambire solent illi, qui ad altiora, etiam per litteras, tendunt. Patricius & Nobilis, per legem notissimam, Jus, in quo versatur, ignorare non debet ; Probetur igitur studium. Regulam hanc scite obsevarunt, ante hæc tempora, multi & videatur in opusculo, quod prodit, sub rubro : *Etwas von gelehrten Rostock-schen Sachen*, collectio Juvenum Nobilium, Mecklenburgicorum, qui in hac Academia, dissertationes, typis, publicis expressas, antidhac defenderunt. Meæ qualescumque chartæ, publici juris factæ, enumerant, inter meos Respondentes, praeter extraneos, Mecklenburgicos Equites, duos *Bassevitzios*, du *Puits*, duos *Schackios*, *Viereckium* & *Warnstedium*, omnes ad magna natos. Gratulor itaque mihi, *Vir Generosissime!* quod Te comitem in cathedram habere queam ;
Te

Te, quem in limine Academiae stantem, jam
anno 1748. m. Aprili audivit Academia Rostochiensis publice mihi opponentem. Macte !
Specimina enim eruditionis te commendabunt
maxime, quoniam sunt instar fructuum, ex qui-
bus de præstantia arboris judicandum. Monet
vir sapiens : Eruditi nomen aucupare & esto !
Aucipites non desunt, sed esse nolunt eruditi.
Dicta, scripta, facta, probant, quid sentiendum,
quid sperandum sit. *Florentissime Domine !*
Respondens Humanissime ! juncta in Te
video, quæ jungenda erant. Deus Tibi erit pro-
pitius ; Respublica, in cuius emolumentum efflo-
rescis, bene de Te sentiet. Ego Te ubique
gratulabundus sequar, sperans, de Tua virtute,
quod nunquam benevolentiam Tuam, erga me,
sis depositurus. Vale & optime Vale ! Alii
virtutem tuam & hoc exemplum imitantor !

Dabam, ipsis Calendis Maji, Anni MDCCCL.



COROLLARIA.

1. *Consacramentales sunt entia rationis, tertiae novae speciei.*
2. *Nihil potest esse simul billig und recht.*
3. *Qui egregium Advocatum appellat causidicum, actione injuriarum tenetur.*
4. *Barbara est pbraiss: advocando jemanden bedienet zu seyn.*
5. *Dilationum, ex causa der Brunnen-Cur, petitiones, ab aliquot annis frequentatae, merito sunt coercenda.*
6. *Interim aliquid sit, est flosculus sobrius Advocatorum bonorum, immo & judicium. Ab sit abusus.*
7. *Displicet responso quotidiana, ad insinuationes mandatorum: Es wäre gut, ludit enim reverentiam &c.*
8. *Quid sibi vult: Er höret mit Schulzen-Ohren? Quales sunt ejusmodi aures? de Scultetis, etiam autoritate aliqua pollentibus, hinc judicibus, sermo esse videtur.*
9. *Phraiss biblica, den Schuh ausstrecken, an de calceo, an de chirotheca, dem Handschuh, quia manus significat potestatem, est accipienda?*
10. *Librum quandam appellare, einen alten Tröster, non est injurium; sed queritur, nun hic flosculus sit tantum ex bibliotheca Juridica? Neg.*
11. *Qui non omnium, a majoribus constitutorum, reddi posse rationem, ex lege famosa, cantant, non tamen putabunt, maiores aliquid sine ratione constituisse. Ergo est asylum ignorantie.*
12. *Hodie, postquam Jus Romano-Germ. per studium historicum illustratum,*

stratum, pons ille rarius calcatur. Crevit eruditio omnis generis;
exemplum etiam præbet Medicina forensis; vulnera enim que-
dam, ob quæ olim capitibus plebeabantur *infestigantes*, hodie etiam
mediocris chirurgus in integrum restituere potest.

13. Detur ratio juris Meckl. quæ art. 19. Reversal. de 1621. wann gesetzte Winden mit dem Hasen über die Gränze laufen und fangen, so soll der Jäger denselben alsofort aufzunehmen Fug und Macht haben, doch daß er ihn nicht an den Sattel binde, sondern ungebunden in der Hand davon führe.
14. Anne datur ferarum, quadrupedum, patria, a qua, vel libere, vel fugata, quidem fugiunt, sed quorsum, sibi relictæ, recurrent? Hec questio etiam juri inservire posset.
15. An licet distinguere, inter examen orthodoxia & eruditionis? item pro gradu, & pro praxi?
16. Voluit aliquando mathematicus defendere, verum esse illud Mecklenburgicum: Eulendorf liegt mitten in der Welt. Audien-
dus videbatur.




ULB Halle
000 710 598

3



Sb





16

Publ. 19. num. 3.

20

1750, 1.

**DISSERTATIO,
DE
AVDITORIO FORENSI,
BENE INSTRVCTO,
DEQVE
DECORO, JVDICANTIVM,
ADVOCATORVM
ET
PARTIVM:
QVAM,
DEO CLEMENTISSIME JVVANTE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
DOMINO FRIDERICO,
DVCE MEGAPOLENSIVM, PRINCIPE VANDALORVM,
SVERINI AC RACEBVRCI, COMITE ITEM SVERINI,
TERRARVM ROSTOCHII ET STAR-
GARDIÆ DOMINO,
DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO,
CONSENTIENTE JCTORVM ORDINE,
IN ACADEMIA ROSTOCHIENSIS,
PRÆSIDE,
D. ERN. JO. FRID. MANZEL,
SERENISSIMI DVCIS MECKLENB. REGNANTIS
CONSILIARIO CANCELLARIE ET CONSISTORII,
COM. PALAT. CÆSAR. PANDECT. PROF.
FAC. JVR. SEN. ET HODIE DECANO,
STVDIORVM SVORVM PROMOTORE HONORATISSIMO.
ANNO MDCL. D. VI. MAJI
IN AVDITORIO MAXIMO,
AMICORVM DISSENSVI EXPOSIT,
CAROLVS FRIDERICVS DE FERBER ZHALLE
EQVES MECKLENB.**



ROSTOCHII, TYPIS GROSCH. VIDVÆ.